

## Annotations.

1. Sophistica dicitur, à σοφίζεσθαι *callidè comminisci*, fallacibus conclusiunculis inanem quandam sapientiæ speciem ostentare aliosq; decipere, Hic verò significat proponere modum Sophismata à Sophistis texta retexendi & solvendi.

2. Σοφίζεσθαι autem (obiter addo) est ἀπειρασκέδαστος *speculatus, meditatus est*, prospexit ex loco superiori. Arabicè est *purum esse*. Propriè enim σοφία est τῶν θεωρητικῶν, & est mentis puritas, nam ignorantia & error sunt mentis sordes.

3. Proponimus hanc doctrinam tanquam ἀλεξιφάρμακον contra Sophistarum venena, non ut tenera ætas asvesciat ad amorem Sophisticæ, sed ut judicare & solvere captiones ac imposturas, & Sophisticen odisse discat: sicuti doctrina de venenis traditur ut vitentur, non ut vitæ hominum insidiamur. Sic Aurifaber nō tantum debet cognoscere, quid verum sit aurum; sed etiam quibus modis fucatum, veriç; auri speciem præ se ferens, deprehendat. Sic Ethicus de virtutibus & vitiis agit. Sed: